



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

56. An Episcopi negligentes consecrationem suscipere incurant pœnas,
de quibus supra, ante iudicis sententiam? Ex quo deducitur, an qui
commisit crimen, propter quod ita lege statuente, incurrit ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

in Trident. *seff. 23. cap. 2. de reformat.* & *seff. 7. cap. 9. de reformat.* & illa *seff. 23. cap. 2. decemit*, quod Episcopus electus si intra tres menses non consecretur, teneatur ad fructuum perceptorum restitutionem, & si intra totidem menses id postea facere neglexerit, Ecclesia sit ipso iure priuatus, & *seff. 7. art. cap. 9.* decemit, vt prorogationes ultra sex menses concelebantur, id est, vt explicat quidam Doctor Salmantinus, quod ad differentium ultra sex menses non profit Episcopo vila Papae dispensatio, nisi Papa expressam illius capituli mentionem, & dispensationem fecerit, argumento *c. i. cum ibi notat.* *de const.* Hi autem tres menses, intra quos Episcopus consecrandus est, non sunt computandi a die electionis, sed a die confirmationis. Ratio, quia ante confirmationem consecrari non potuit & ideo tempus illud computari non debet, vt patet *cap. quia diurritatem, de concess. prabend.* vbi habetur, tempus suspensionis, in quo quis eligere non potest non esse computandum in semeltri iure praefixo ad eligendum, vel consecrandum beneficium, quia eo tempore eligere non potest; sic tenet Turrecremata *cap. quoniam, distinct. 100. n.2.* & ibi Hugo Tabien. *verb. confirmatio in commun. quæst. 9. Angel. verbos. Consecratio Episcoporum initio.* Rosella *verb. Confirmatio electorum. n.11. D. Anton. 3. part. iiii. 14. cap. 16.* Syluest. *consecrat. quæst.* vbi bene addit cum Reynerio, quod si negligens fuit ad petendam confirmationem, tunc computandi erunt illi tres menses, nisi necessitas cogat amplius differe, vt patet *ex cap. quoniam, distinct. 70.* & *cap. quoniam, distinct. 100.* & tenet Syluest. Tabien. Rosella. D. Anton. Angel. citati, & Turrecremata *cap. quoniam, distinct. 100.* & *glossa cap. quoniam, distinct. 74.* & ponit exemplum Turrecremata, vt propter morbum Episcopi consecrandi, vel si impedit ab hoste; multæ causæ (inquit) possunt accidere, que impedit; imò dicunt ibi Turrecremata & glossa posse contingere cauam instam, vt confirmatus Episcopus nunquam consecratur, vt si inculpabiliter ita viuet corpore, vt postea non debat ordinari, hic enim nunquam consecrabitur, sed dicit Turrecremata, quod admittitur ea, quæ sunt iniuriationis, & supplebantur, quæ sunt Ordinis per alium Episcopum, *cap. Pontifice 7. quæst. 1.* Et hæc omnia dicit Sanchez Opuscul. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 13. sed audianus post Theologum, Canonistam hæc omnia confirmandum & alia addentem; Vgolinius itaque sic ait, *de potestate Episcopi, cap. 2. num. 2. fol. 8.* Intra tres menses consecratio hæc fieri debet, *cap. quoniam, distinct. 75.* & *tempus autem Consecrationis, tandem distinctum* aliquoquin ipsi elapsis si consecratio facta non sit, ad restituendum fructuum perceptorum tenetur, ita Trident. Synod. *seff. 23. de reform. cap. 2.* Currat autem tempus hoc a die promotionis, ei qui prefensus adest, ita Calderinus in *conf. 4. & conf. 5. de tit. quem refert,* ac sequitur Illustrissimus Cardinalis Tusculus *in littera C. conclus. 743. n.3.* & *conclus. 75.* Vide etiam Squillantem *de obligat. & privesc.* Episcop. *part. 1. cap. 1. n.29.* Henriquez *lib. 10. cap. 23. num. vii.* & Thesaurum in *praxi de pénit. part. 2. verb. Episcop. cap. 2. verb. nota primo.*

2. Excipitur tamen, vbi iusto impedimento detinetur, ipsis morbo, alióve facti impedimento, tunc enim exculpatur, & poenam evadit, argum. *cit. cap. quoniam, & sot. tit. de Cleric. agrot.* Idque merito, nam constitutio S. Synodi lex est, lex autem de re possibili esse debet, *cap. 75. autem lex. d. 4.* ergo vbi consecrari nequie exculpatur, argum. *l. impossibilium. ff. de reg. iur.* atque si habetur in *cit. cap. quoniam, & ibi gloss. distinct. 75.* Vide Squillantem *vbi supra, Partium de resignat. benef. lib. 11. quæst. 13. num. 11.* Vgolinius *de confor. Episcop. cap. 1. §. 2.* Layman in exam.

Episcopi, lib. 10. cap. 8. numer. 4. & Thesaurum loco cuato.

3. Excipitur etiam, vbi de iure impeditur, ut potest, quia excommunicatus, censurâve alia irrestitutus est, & per ipsum non statut, quo minus absoluatur; vel de aliquo delicto accusatus est, & antequam innocentem se probet, tempus hoc elabitur, non enim in peccatum hanc incidet, quando quidem non valenti agere non currit prescriptio; ita Felin. in *c. ex transmissa, n.7. cum sequent. de prescript. & Parisius & alij ab eo citati, de resignat. benef. lib. 1 quæst. 13. num. 1.* Quare et si his esset super Episcopatu, lice pendeat excusabitur, si interim tempus elabatur; sicut etiam si esset promotus a Papaâ, & licentiam consecrandi non haberet, in eo enim casu licentia tunc petitur, ita Gemlin. in *conf. 42.* quem referit, ac sequitur Tusculus *eadem concl. 743. n.8.* & *9.* secus autem si sua culpa vicepotest si per indignationem membrum sibi mortaliasset, Vel igitur de iure, vel de facto impeditatur, peccatum propositum evadit, vbi culpa vacat.

4. Si post tres menses, itidem intra tres menses id facere neglexerit, ipso iure Episcopatu priuatus est, nisi & hic vt supra impeditur, atque ob eam rem dicitur in *codem cap. 2.* Neglexit; at qui impeditur, non negligit, & idcirco in predictas peccatas incidere non debet, requiritur ergo negligenta, & incuria, quo predicti peccatis afficiatur, atque sic etiam habetur in *cap. 1. dist. 100.* Ex his apparet non habere locum in hac consecratione dispositionem, *cap. licet canon. & cap. commissa, de elect. lib. 6.* ut scilicet intra annum consecrari possit, sicut qui Beneficium curam attingunt, qui intra annum Sacerdos fieri potest, ut dicitur in *eisdem iuribus*, atque sic. Addit, ad Diaz in *præl. Crimin. Canon. cap. 53. versic. deinde aduenire.* Hinc etiam apparet peccatum *citato c. i. dist. 100.* contra negligentes qui se consecrandos non curant locum omnino non habere. Hac vñque Vgolinius, cui ego addo Azorium *par. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 1.* Mascalum *tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 2. document. 6. n. 1.* & Pacem Iordanum *tom. 1. lib. 1. tit. 2. n. 4.* & Marchinum de *Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 2. cap. 11. n. 6.* Notandum est tamen hic, quid si Episcopus ex dispensatione ultra tres menses consecrationem distulit, posse omnia beneficia retinere, quæ a consecrationis die vacantur: nam eo ipso, quod dilatio illa non est culpabilis ratione legitimæ dispensationis: nulla est ratio, cui beneficia vacanta retinere non possit. Deinde hoc coligitur ex *cap. cum ex eo, de elect. in 6. vbi definitur, Parochum, cum quo erat dispensatum, ne intra annum promoueretur, non amississe Beneficium illud, aut aliam peccatum incurrisse;* & ideo hanc sententiam sustinet Felinus, Rebiffus, Euerardus, Decianus, Abbas, Gambera, quos adducit, & sequitur Sanchez *lib. 8. de matrim. dist. 1. num. 14.*

5. Postquam verò Episcopus est consecratus, & habuit pacificam possessionem Ecclesie, si prius aliqua beneficia habebat ipso iure vacant, ut probat Parisius *lib. 3. de resignatione Benefic. quæst. 1. num. 26.* omnino legendus, necnon Rodriguez *in summa, part. 2. cap. 19. in fine,* potest tamen retinere pensiones, si quas in aliquo Episcopatu habebat, cui deinde si in Episcopali dignitate succederet, postea dimitteret, ut notat Gigas *de pensionibus, quæstione 49.*

RESOL. LVI.

An Episcopi negligentes consecrationem suspicere incurram peccatum, de quibus supra ante indicis sententiam?

Ex quo deducitur, an qui commisit crimen proper quod, ita legi statuerit, incurrit ipso iure penam pruinationis beneficiorum, & Officij, an inquam, in foro conscientia statim illud amittat, & teneatur dimittere ante indicus sententiam declaratoriam. Ex part. I 2. II. I. R. 3. 6.

Quoad hoc
lege doctr.
Resol. & §§.
not. seq.

S.. I. **A**firmatiue respondet Reginaldus in praxi
tom. I. lib. 13. num. 181. Squillant. de obligat.
& primileg. Episcop. part. 1. cap. 4. num. 33. & Thesaur.
in praxi de penit. part. 2. verbo Episcop. cap. 2. vbi sic
asserit: [Nota secundò, quod pecunia dicta priuationis
fructuum ligat in foro conscientiae ante omnem senti-
entiam, ut patet ex Trident. ita Nauarrius cap. 15.
num. 108. quia constitutus est Episcopus sub ea condi-
tione, vel modo; vel quia non fecit, quod debuit, ut
esset idoneus minister:] Ita ille, qui etiam hoc firmat
ex eo, quod Vrbanus VIII. in Breui reformationis
laci Pœnitentiariæ, prohibuit maiori Pœnitentiaria-
rio, & ceteris Officialibus Pœnitentiariæ super pœ-
nis præfatis Concilij Tridentini dispensare, scilicet,
ut non valeat titulum reuallare, vel fructus condon-
are, & quoad restitucionem fructuum; ita tenet etiam
Bonacina de legibus, disputatione 1. quæst. 1. parte 7. §. 2.
num. 18.

2. Verum licet hæc opinio sit probabilis, ut nota Lessius de *institutia*, lib.2. cap.34.num.103; tamen ipse & meritò contrariam sententiam tenet. Dico igitur, obligationem restituendi fructus, & Episcopatus priuationem ex dilatatione concessionis in *foto conscientia* non habere locum nisi post sententiam. Ita præter Lessium docet Henr. lib.20. cap.23. n.ultimo, in glossa litera V. X. Suarez de legibus, lib.5. cap.8. num.13. Fillicius de *Beneſic.* tract.41. cap.5.n.23. verſic. & quidem primò, & Fagundez in *Declarat.* tract.2. lib.8. cap.29. num.15. quia vtraque est pœna priuatis iure quaſito, & verba illa, *sunt ipso iure priuati*, per se non significant voluntatem Legislatoris esse, ut talis pœna in *foto conscientia* incurruat ante sententiam declaratorum, & intelliguntur de priuatione post sententiam cum retroactione. Item illa verba, *ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur*, nil ali addito non sufficiunt ad inducendam, vel indicandam obligationem in *foto conscientia* incurruant ante, sed tantum post sententiam quoad priuationem Episcopatus. Ita sentit etiam Bonacina *loco cit.* Alteram tamen sententiam non parum corroborat Breue illud Vrbani, si adest. Potest tamen dici prohibitionem Breuius procedere in casibus, in quibus clare constat Tridentinum in *foto conscientia* ante sententiam inducere priuationem tituli, & restitutionem fructuum. Et hæc omnia docet etiam doctus, & amicissimus Angelus Bossius tract. de effectibus *Matrimonij*, cap.5.n.96. & omnino videndus P. Thomas Hurtagius *Variarum tom.2. tract. ultim. resolut. 12. §. 4. n. 700.* qui hunc casum, & alios similes docte, ut semper solet, pertractat.

Sup. hac
quæst. latè
in to. 6. tr. 1.
Resol. 34. §
vlt. & in Ref.
35. 36. & 78.
& in to. 5. tr.
6. & Ref. 14.
à lin. 6. &
Refol. 15. 8
vide in to. 7.
tr. 1. Resol.
246. & 247.
& into. 1. tr.
5. legge doctr.
Ref. 63. per
tot. & aliar.
eius prime

3. Ex quibus ergo interrogatus his diebus, an qui commisiſt crimen propter quod lege ita statuente incurrit ipso iure pecuniam priuationis beneficiorum, & officij, an in foro conscientia statim illud amittat, & teneatur dimittere etiam ante sententiam declaratoriam. Respondi negatiue. Ita Doctores, quos latè cumulat Garzias de Benefic. part. 1. lib. 2. cap. 10. n. 8. & 9. Farinacius de heresijs, quæf. 189. §. 6. num. 80. Nauarrus sibi contrarius de commendatis, & promissis, notab. 31. Graffius decisione awr. part. 1. lib. 2. cap. 11. Couaruias dicto 8. n. 8. & duobus sequentibus, Molina de insuffia, dispu. 96. Azorius dicto lib. 5. cap. 8. quæf. 3. Sanchez de matrimonio, lib. 9. dispu. 30. & lib. 3. dispu. 2. num. 5. 6. & in summa lib. 2. cap. 26. num. 7. & cap. 39. num. 39. & lib. 6. cap. 15. num. 65. & lib. 2. Opuscul. moral. cap. 2.

bus.23.num.3 Bellet. *diff.5.* Lessius dicit cap.19.m.6, neque
Ioan. Valer. ser. *pœna*, dict. difficult.20. Samuel de 3.18.
elect. can. *tracit.2.* dispu.7. contrarieis.3. num.20.
& 2. Layman dicit cap.14.num.6. Suarz de legibus.
dico lib.5.cap.8.num.4. & 9. Salas dicit diff.15.6th. et 21.
num.49. Valquez de legibus, diff.17. cap.1. Villalobos 3.5.
dict. *tracit.2.* difficult.26.num.4. Bonacina dicit
§. num.11. Reginaldus lib.1.13. num.28. Fagundes in
Decalog. lib.8. cap.2.9. num.8. & 9. Fillius tom.1.
tracit.21. cap.7. num.126. & tom.1. *tracit.1.* cap.
ultim. dicit num.423. & 424. & *tracit.40.* cap.6. m.149.
Lezana tom.1. cap.10. num.30. & tom.3. verb. *pœna*,
num.8. Pcytinus de *judicio*, tom.1. quæst.2. cap.4.1.
conclusi.3. & tom.1. *præstige*, in *confisti*. 6. In lib. II. m.19.
Portel. in *dub. regul. verb. lex.* num.6. Probatur hac
opinio quia haec pœna ad sui executionem exigit ali-
quam hominis actionem positiuam; ergo non habet
locum in foro conscientiaz, nisi sequitur sententia fal-
tem criminis declaratoria, iuxta tradita numeris cit-
atis. Confirmatur, quia vt quie re, quam possidet, pri-
metur in pecuniam criminis, oportet vt sententia aliqua
præcedat cum natura abhorreat, ut idem sit agens &
patiens, ac proinde lex humana videretur nimis ac-
caba, & super humana vires, si cogaret ad execendum
in pecuniam valde grauem. Quare non censeretur ob-
ligare cum tanto rigore falem nisi expiatum, vt in
conscientia ante omnem declaratoriam quis teneat
dimittere ius, quod habet, & rem quam possidet ante
omnem iudicis sententiam criminis declaratoriam.
Neque ideo verba illa legis, quod delinquis ipsi pœna
Beneficium, vel Officium amittit, sunt superflua,
& carent effectu; nam efficiunt, vt statim post sen-
tentiam criminis declaratoriam pœna incurrit, &
non requiratur sententia condamnatoria pœna. Item
illa verba, *ipso iure*, seu *ipso facto amitti*, operantur
Sicut in casu confisicationis, vt sequuta sententia ci-
minis declaratoria retrahatur illius effectus ad diem
commissi criminis; ita vt rescidantur, & ipso iure
annullentur Beneficia post crimen facta rescidantur,
omnia acta ipso iure dicti Beneficij, vel officij tan-
quam ex privata auctoritate (nam quæ ex publica po-
testate, iurisdictio scilicet actu gesta sunt, quādū
delictum manit occultum, valent, nec cessant per
declaratoriam sublequuntur) nam ad valorem actuum
publica potestate gestorum tam in foro externo quam
interno sufficit beneficij, seu officij posseſſo & titulus
coloratus iuxta communitatem, & I. Barberini,
ff. de offic. Praſid.) Item repetuntur omnes fructus be-
neſicij a die commissi criminis percepti. Quæ omnia
non haberent locum, si beneficijs seu officij amitti,
seu priuato non esset imposita ipso facto, sed per
iudicis sententiam esſet imponeenda.

RESOL. LVII.

*An Episcopius ante Consecrationem debet præstatu-
rāmenum fidelitatis erga Romanum Pontificem?
Et an prædictum iuramenum, & etiam Fidei professio
per procuratorem possint fieri?
Et explanatur illud, quod contingere potest, si in Bulla
Commissionis aliqui supradicta commituntur, in cu-
ius manibus velit facere prædictam professionem, &
iuramentum? Ex part. 12. tract. 1. Ref. 37.*

S. I. **C**onsecrandus in Curia ante diem Consecrationis facit solemne iuramentum. Ego N. &c. de quo in Pontificali genuflexus coram Cardinale Prioro Diaconorum in eadibus solita mansionis, vel vbi liberatur Dominationi sua Eminetissima. Qui vero consecratur alibi, iuramentum emittrit in actu Consecrationis in manibus primarij Cofectoris, ad tantibus